



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Mattæus, telonearius. Ivj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

MATTHÆVS TELONIARIVS.

CAPVT

LVI.

Beda.
Rom. 1. & 9.

Mat. 9.

Legimus Apostolo dicente, Quia omnes peccau-
erunt, & egent gloria Dei: iustificati gratis per gra-
tiam illius. Qui & iterum inestimabilem gratia eius-
dem magnitudinem commendans ait: Vbi abundauit
peccatum, superabundauit gratia: quia nimirum quanto
grauiores Dominus in electis suis peccatorum languo-
rum curauit, tanto ampliorem cunctis gratia medentis
potentiam monstrauit. Vnde sedentem in telonio MAT-
THÆVM, ac temporalibus curis intentum repente mi-
seratus Dominus vocauit: & de publicano iustum, de
telonario discipulum fecit: quem etiam proficientibus
eiusdem gratia incrementis, de communis discipulorum
numero ad Apostolatus gradum promouit. Quod ob id
utique providentia superna fieri disposuit, ut nullum
enormitas suorum aut numerositas scelerum, à speran-
di venia renocaret: cum hunc tantis mundi vexibus
absolutum conspiceret.

ZACHÆVS PUBLICANORVM PRINCEPS.

CAPVT

LVII.

Chryf. de
Patre, &
duobus fi-
lius.

Beda,

ZACHÆVS Publicanorum princeps quarebat
videre Iesum, quis esset: ac propterea cum statua
pupillus in arborem ascendisset, à Domino conspicitur &
vocat: & ilico in domo eius ad conuiuandum ipse de-
clinaturum se esse promittit. Solicito onem perditam
requirit aspectu: & venire cunctantem vocat, & ve-
nientem tanquam humeris suscipit: & non audentis
imitare Dominum, desiderantis tamen salutiferam be-
nedictionem, peccatoris domum ingreditur, conuiuioque
participat. Et ait Iesus ad eum: Hodie salus domui huic
facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahe. Filium Abra-
he vocat Zachæum, non quod de eius stirpe esset gene-
ratus